













At. XVIII. 4. 2







CARMEN
IN
CORONAMENTUM TURRIS
CURIAE
TESCHINENSIS,

QUOD Ima SEPTEMBRIS MDCCC.

SOLENNITER CELEBRATUM EST

Leopoldo

A B

Scherfchnigg

Auctor

IGNATIO EKHEL,

Abulil.

CAESAREO-REGIAE TEUTONICAE SCHOLAE DIRECTORE
TESCHINII.



OLOMUCII,

CHARACTERIBUS ANTONII ALEXII SKARNICZL.

1801.

CLARK

CLARK

CLARK

CLARK

CLARK

CLARK

CLARK

CLARK

CLARK

CLARK



CLARK

CLARK

SZ 6548
SZ Aa III, 4

SERENISSIMO PRINCIPI
DOMINO DOMINO
A L B E R T O,
REGIO PRINCIPI POLONIAE,
ET
LITHUANIAE
DUCI SAXONIAE, &c.
PRINCIPI TESCHINENSI
SUO CLEMENTISSIMO PRINCIPI, ET DOMINO.

2
SERENISSIMO PRINCIPIS
DOMINO DOMINO

A L B E R T O

PRINCIPIS PRINCIPIS

ET

PRINCIPIS PRINCIPIS

PRINCIPIS PRINCIPIS

PRINCIPIS PRINCIPIS

PRINCIPIS PRINCIPIS

Serenissime Princeps!

Hanc priuati mei studii elucubrationem publici iuris facere, amicorum fuit sententia; quod autem sub Tuis auspiciis Serenissime Princeps! in lucem prodeat: meae est, Et Urbis Teschinensis humillimae deuotionis; denique Tuae est erga hanc clementiae, quam Tu plus quam regia munificentia, fauore in miseros incomparabili, et gratia immortalis e cineribus resuscitasti, erexisti, ornauisti. Dignum igitur est: ut debitae obseruantiae, et deuotissimae nostrae gratitudinis argumentum liquidissimo fidelitatis sensu orbi palam fiat, et nomen Magni, Pii, et Principum Nobilissimi Ducis ALBERTI, Teschinensium clementissimi patris ad seram usque posteritatem, ut ut paucis his pagellis, deueniat. Parum siquidem est in hominum memoria durabile: si eam non prohibent consenescere

Scriptorum documenta. Hoc orientis domitor Alexander, Caesar, Aurelius, et centum alii, veterum principum maximi sensere; nec aliam nominis sui immortalitatem praestolabantur; quam quae e scriptorum vera fide promanatura esset.

Suscipe ergo Regie Princeps exiguum hoc munusculum ea clementia: quam patria nostra saepe numero experta veneratur, subditi vero Tui adorant, et aeternum adorabunt; nec ambige paruulum hoc opus documentum esse fidelitatis, amoris, et pietatis Tuorum Teschinensium, quod Tibi veditigale sistit

Regiae Tuae Celsitudinis

obsequentissimus, & fidelissimus
Ignatius Ekhel.

Lectori Salutem!

Venusinum vatem recte sensisse, dum pronunciauit:

Hoc tibi dictum

Tolle memor: certis medium, et tolerabile rebus

Recte concedi; ast mediocribus esse poetis,

Non homines, non DI, non concessere columnae;

nemo erit: qui in dubium reuocet. Hinc quid mirum? si et ego, qui in palaestra litteraria iam dudum rude donatus sum, tam seuerò magni huius viri praecepto percussus animum despondi cum exiguo meo hoc litterario foetu in publicum prodeundi. Fuere mihi tamen amici: quibus sensus immobilis, et firma stetit sententia, vt versiculi hi publici iuris fierent: verum non mihi. Quis enim non perspectum habeat: quam res sit ardua, quam plena periculi, publicum suffragium promereri. Sed non desistere hi renuentem vrgere, rationibus impugnare, quin pusillanimitatis arguere. Dedi igitur victas manus, et subscripsi obstinato amicorum decreto; ea tamen lege: vt prius censurae meum hoc opusculum doctissimi, in republica litteraria meritissimi, et clarissimi viri Domini *Leopoldi Scherschnick* caes. regii gymnasii teschinerensis Praefecti subiiceretur. Conditio placuit; et ego libellum meum ad praefatum nunquam satis laudatum virum adnexis his versiculis transmisi:

Carmina mitto Tibi rugoso parta labore;

Si Tibi displiceant carmina: parce mihi;

Sudantemque tua lauro purgato laborem,

Et faciem Musae condere perge senis.

Si quid in his, vt erit, carpendum inueneris: istud

Expunge, et sensum fac mihi scire Tuum.

Istud amicitiae donum Te spero daturum

Vati: qui nunquam desinet esse Tuus

sincerus cultor

Ignatius Ekhel.

Dubius ego interea, et spem inter, et metum suspensio animo
auide praestolabar: quid fata de meo libello decreuerint; decreuerunt
autem praeter opinionem meam longe melius: ac ipse sperare po-
tuerim; nam remissum libellum sequentes versus comitati sunt:

Amicorum Integerrime!

Carmina reddo Tibi vatem testata disertum;
Haec si displiceant carmina: Momus ero,
Non hic sudor erat: verum Permessidos humor,
Qui largus Musae tinxerat ora Tuae.
Ergo nihil reperi carpendum, hilariusque iocanti,
Et seria legi carmina ducta manu.
Rara avis in terris vates nostrate latinus
Aeuo: qui condat carmina digna cedro,
Carmina digna typo; nobis vulganda fauebis:
Noscat ut ingenium docta Camoena Tuum.
Maeste animo! latii fugientem sistere linguam
Perge, et in antiquam coge redire viam.
Istud amicitiae donum Te credo dedisse:
Quod nostras aliquid concinis esse nugas.
Quae Tibi rescripsi tenui modulatus auena
Oro sit nostrae pignus amicitiae!
Quem Tibi par studium, non par faciundia iunxit:
Nunquam, mi vates! desinet esse Tuus

cultor, Tuique amantissimus
Leopoldus Scherfschnick
Praefectus.

His inspectis, totaque rei serie perpenſa, quilibet beneuolus
lector reperiet, me non temere, non proprio fretum Marte hoc iter,
ſed iudicio grauiorum, et eruditorum virorum ingreſſum fuiſſe. Tu
porro

porro Zoile dic aliquid silentio melius : aut tace ; nam quidquid dixeris : nihili faciam ; nec aliud vnquam ex me audies : quam tritum illud Phanisci dictum :

Non potes tu me cogere : vt tibi maledicam ;

Nouit herus me ; nam bonis boni sunt :

Improbi, qui malus fuit (*)

Vos vero candidi Romonae Mineruae cultores viuite, et valete !

*Teschini cecini in caes. reg. teutonica
principali schola ipsis Kal. Nov. MDCCC.*

(*) Mostell. Act. 4. Sc. I.

Hic quoque fit gratus parvus labor!

Tibullus,



Quo nunc Tescna loco stat: filua erat. • Omnia circum
Quae cernis Cereris munera : filua fuit,
Sola hic pastorum resonabat fistula; nulli hunc,
Praeter filuanos, incoluere locum.
Temporis accessu filuae cessere securi,
Et fuit ex pino rustica facta domus.
Rusticus hic natus, nati genere nepotes;
Omnibus arrisit commoda forma domus,
Nec mora corripunt ferras, validasque bipennes,
Et sternunt filuas, efficiuntque domos,
Lignea nunc moles complures aucta per annos
Obtinuit tandem ciuica iura, forum.



Vt vero hostiles insultus temnere posset:

Moenibus excelsis vrbs noua cincta fuit.

Finitis muris aedem, quae dignior esset

Consiliis patrum, condere constituunt,

Prima etenim solum de lignis structa fuisse

Traditur; e petra stet domus ergo noua.

Dictum factum. Intra tempus breue curia firma,

Et pro communi ciuis honore stetit.

Ast vt maiestas venerandae accederet aedi:

Eruitur tellus, faxa locantur humi,

Vt turris fieret. Verum quo, nescio, fato

Haec eadem turris coepta resedit humi.

Cuius adhuc hodie, si fundamenta videre

Quis cupiat: cernere quisque potest.

Ne tamen absque omni staret noua curia cultu,

Turrigerum e ligno surgit in astra decus.

Huic sunt horarum duo tintinnabula iuncta,

In proprias aures quas sonuisse scio.

Lignea quam longo durarit tempore moles:

Haud scio; nam veterum cognita pauca mihi;

At quod eam praesens ceu vilem spreuerit aetas:

Atque nouam e saxo struxerit: hocce scio.

Sed nondum finis nitido est imposta labori:

Cum vi flammaram turris et vrbs periit,

Istl.

IstIVs eXIItII genItrIX InVIsa paVenDI

seXta eheI! MaII LVX trVCVLenta fVIIt.

Tempore non longo stetit haec lugubris imago:

Nam vix vndecies annua lapsa mora est;

Et iam turritam produxit in ardua frontem

Sidera: quae ^{cybina} ~~cybina~~ veste decora micat.

At necdum nitidae turri decus omne tributum est:

Summus enim ornatus, fulua corona, deest.

Ergo diem statuit, venerabilis ordo, senatus:

Quo decus accipiat nobile ciuis opus.

Tempus adest, praefixa dies illucet: ab omni

Parte ruunt homines, quisque videre volens;

Compita, tecta, domus, turres, patulaeque fenestrae

Ingenti turbae pondere pressa gemunt.

Nulla senectutis ratio, non morbus acutus,

Non iurata fides, cura, vel officium,

Non iuris doctos, quin nec fatalia litis,

Nec cupidos auri cista repleta vetat;

Quid quid vitalem spirat, vel continet auram:

Ad festum rapitur iam fere mentis inops,

Vtque forum centum stipabant mille quirites:

En subito coelorum atria vasta patent.

Proh Superi! exclamat populus, quae gratia turri! hic

Ipsis coelitibus vult sacer esse dies!

Di-



Dicite: io! paeon! tu felix plaudite Teschna!
Et feriat laetus sidera celsa sonus!
Iamque triumphali descendunt ordine diui,
Seque supra turrim sacra ceterua locat.
Jupiter in rutila confedit nube serenus,
Quem circumfedit caetera turba deum.
Flatorum interea, tormentorumque boatus
Ingenti applausu pectora cuncta quatit.
Ast et semideis non haec inuisa fuere
Gaudia terribili vertice conspicuis.
Calua senex Lissus (1.) muscoso tempora lauro
Cingit, et accliuos mandat adesse patres.
Nec mora comparent Schindelni (2.) Czantora, et Ostri,
Miranturque sui tempora compta senis.
Quae tibi caussa, rogo, nobis indicare coetum,
Insolitoque ornatu hac renitere die?
Dixit Schindelni. Miror te quaerere causam,
Respondit Lissus fronte serenus ei,
Tympana, flatores, horrenda fauce tonantes
Ballistas, hominum cantica, plectra, sonos,
Non dubium, auditis? Quidni filicernie chare!
Sed, cur sint hodie talia festa, latet.

Hic

-
- (1.) Montium iugi carpatici in Teschinensi prouincia altissimus, caluus (Lissa) dictus: quod cacumen eius nullis arboribus vestitum esset.
(2.) Nomina editiorum montium eiusdem iugi et prouinciae.



Hic Liffus: Fratres! oculos tantisper apertos
Vrbi, quam lignans alluit Olfa, (3.) date.
Anne triumphali radiantem vertice molem
Cernitis, et iam iam tangere celsa poli?
Cernimus, alme pater! responderat hospita turba,
Et nitidae molis, forma venusta placet.
Scite ergo focii! molem, quam cernitis, ista
Luce, deum nutu, sacra corona teget.
Et quia festum istud solenniter esse sacrandum
Illustres Teschnae constituere patres:
Haud minus a nobis socialia iura requirunt,
Vt fimus comites, participesque rei,
Praecipue fumus, praesens cum Jupiter ipse,
Cunctaque coelorum numina adesse velint.
Ecquid ais? grandaeva pater! vult Jupiter ergo
Cum reliquis festi testis adesse diis?
Vult inquam; nubem, quam supra cernitis vrbem:
Illic confedit cum Jove turba deum.
Proh! immortales superi! quae gratia coeli!
Vix mage quid mirum conditus orbis habet.
Nunc igitur focii! cultus properate laborem:
Vt pateat festi quid mereatur honor.

Oftri

(3.) Fluvius Teschinium alluens, cuius aquis ligna e montibus eo deportantur.



Ostri (4.) igitur quercus grandaevas mille trecentas
Imponit capiti fronde virente suo.

Czantora (5.) praeruptis ornavit tempora faxis,
Et collum niueo vellere textit ouis.

Ast vt et ornatum Schindelni possit habere
Dignum (6.) nec reliquis vilior esse queat:

E mille asseribus galeam construxit, et isto
Turgidus ornatu duxit ad astra caput.

Tollere iamque gradum praegrandia monstra volebant;
Cum pater omnipotens sistere iussit ea.

Non opus est, inquit, propius succedere ad urbem:
Ne populum visus, deficiatque locus;

Eminus ast potius sit vobis maxima cura:
Vt praesens festum congruus ordo regat.

Stabilis ergo loco defixi, vt marmore sculpti,
Et iussum vigili mente tenete meum.

Nempe volo: ne quis faunorum, vel fatyrorum
Ista solenni deferat antra die.

Hos igitur vastos in saltus pellere vestrae
Curae erit. Hospitibus non opus hisce puto.

(4.) Ostri mons quercubus abundans. (5.) Mons non multo inferior
monte Lissa rupibus, et praegrandibus fructis exesorum saxorum
quasi constitus, nec minus tamen innumeris gregibus ovium pascua
praebens laeta. (6.) Naufragos abies pelagi visura tumultus.
Hic crescit copiosa.



Praeterea astutas vulpes, turbamque luporum,
Vel quid quid rabidum deuia filua tenet:
Omne id folicite clausis feruabitis antris;
Alitibus folis libera iura volo.
Attamen exceptis miluis, rabulisque perosis,
Quos mala fors de vno femine progenuit.
Intellexistis? cuncta intelleximus. Ergo
Pandite: quam vobis sint sacra iussa Jovis.
Pandemus; verum rabulas non noscimus. Hi sunt
Humani milui, gens inimica diis,
Gens inimica piis, et pestis totius orbis.
Hos igitur sacris semper abesse volo.
Sed iam tempus adest, rauco caua tympana pulsu,
Flator, et aera vocant, igniuomaeque pyrae.
Pompa venit, populus massam concrefcit in vnam,
Concretusque mouet se velut vnda maris.
Quilibet esse prior molitur, quilibet ardet
Non vanus pompae testis adesse sacrae,
Praecedunt pompam laeto resonantia pulsu
Tympana, flatores et citharoeda cohors.
Omnis festiuo glomeratur turba tumultu,
Et clamat: Viuat turris amata diis!
Post istos fertur de coelo missa corona
A bis sex senibus, demeritisque viris.






Purpura celabat diuini corpora doni:
 Ne magicum lumen laedere posset ea.
 Candidior niue gens, atque infons turba, puellae
 Bis duodena sacrum cinxit vtrumque latus.
 Has iaculatores (7) cinxerunt ciuica turma,
PRINCIPIS ALBERTI digna fauore phalanx.
 Iamque supercilio grauior, mitisque senatus
 Progreditur, quem plebs mixta secuta fuit.
 Sed quia vix festum celebratur, quo pia turba
 Vatum non adsit, publica facta canens:
 Hinc isthuc etiam binos legauit Apollo,
 Primus spondaeus, dactylus alter erat.
 Socordi gressu spondaeus procedebat;
 Sed gravitatem illi vultus, & ora dabant.
 Post illum saliens propero pede dactylus ibat.
 Haec tenus et pompae maximus ordo fuit.
 Nunc sequitur turbo puerum, vulgusque profanum;
 Vltima de populo faemina clauda fuit.
 Vtque ad propositum venit processio punctum,
 Et placitum tenuit sacra corona locum:
 Conscendit rostrum iuris legumque peritus
 Nobilis orator, (8.) sicque locutus erat:
Magna-

(7.) Die Schützengesellschaft. (8.) Syndicus Teschiner'sis D. Petrus Sporzil.



Magnanimi ciues! et tu venerande senatus!
Et cuncti! quibus hic vult facer esse locus!
De nobis quid sit meritis, memorabile lumen!
Iste dies: nullum credo, latere potest.
Ecce decus praesens, quod cernitis, aëthere natum
Miranda summus condidit arte Deus,
Donavitque suo nato, nostroque parenti
ALBERTO, maius quo nihil orbis habet.
Hic placidus Princeps, tamen et mauortius Heros,
FRANCISCI Pythias, Austriadumque decus,
Munificus nostrae rursus donauerat vrbi,
Turris vt hoc esset munere compta Deum,
Hinc vos fatidici nunquam cessate poetae
Aurea pro tanto condere verba viro:
Vt pateat merita laudis, famaeque triumphus,
Flammiferi Titan qua regit orbis equos.
Vix haec orator facundus protulit: et iam
Pulsabant centum millia vota polum.
Viuat! io PRINCEPS ALBERTUS! viuat! et omni
Floreat ALBERTI nomen, honorque plaga.
Haec vbi vota patri teschnensis fida litauit
Turba: deum summus talia fatus erat:
Cerno pium officium vestrum studiumque fidele:
Augustum quo vos itis amare ducem;



Est nobis quoque nota diu clarissima virtus
 PRINCIPIS ALBERTI: sint rata vota, volo,
Quae populus, quae Tefchna diis hac luce dicauit;
 Et faueant vestro numina cuncta patri!
Vix haec effatus summi dominator olympi:
 Iamque triumphalis fustulit astra sonus:
Viuat! io *PRINCEPS* genitus de sanguine regum,
 Sitque diu nostri gloria summa soli!
Viuat, et incolumis centenos transigat annos,
 Vt senio Tefchnae Nestora vincat amor!
Haec vbi vota pius populus, fidusque senatus
 Clementi vnanimi soluit amore duci:
Orator, quod erat dignum, & memorabile scitu,
 Differuit longo, magnificoque modo.
Cumque rei finem facundus fecerat auctor:
 Quae retulit, memori tradidit acta globo;
Vt ventura sciat nostri aetas temporis acta,
 Aeternosque ferant haec documenta dies
Sed iam fidereas petit inter gaudia turbae,
 Flatorumque choros alma corona plagas.
In turri tubicen fulgenti murice comptus
 Stabat, et ascensus nuncia signa dabat.
Omnis io! populus clamat, gaudetque videre
 Tam facili diuam tendere ad astra gradu.

At-



Atque vbi fastigium tenuit venerabilis hera:

Saluere hanc summus Jupiter ipse iubet,

Atque manu propria detracto murice turris

Imponit capiti; sicque locutus erat:

Isto firma loco stabis per secula centum;

Tempus edax rerum cuilibet esse patet:

Te tamen hoc tempus nunquam corrodet, et isto

Tuta loco spernes temporis arma feri;

Incolumis stabis nullis obnoxia fatis,

Atque auro rutilans aemula solis eris.

Te nunquam Boreae laedet violentia torui,

Nec vis, aut rabies, ira, furorque Nati;

Sed tua perfaciles zephyri vexilla rotabunt,

Indubiumque ferent temporis indicium.

Et quia conspicui cives, atque inclytus ordo

Nobilium insignes hic posuere domos;

Lampas quas triuiis illustrat pendula noctu; (9.)

Hinc vigiles oculos nocte dieque tene,

Ne quid forte mali tam praestanti accidat vrbi;

Ne picei lemures, ne ebria monstra furant.

Vel si forte vagas nocturno tempore nymphas

Cernes cum faunis coeca tenere loca:

Hos

(9.) Principes plateae vrbis ingruentibus tenebris accensis lampadibus
quotidie illustrantur; id quod indefesso de nostra ciuitate bene
merendi studio D. Syndici Sporzil debemus.



Hos tu per vigiles, quorum octo semper habebis,
Disiice, conturba, percutere, pelle domum.
At si blanda bonae velit indulgentia matris
Saltu filiolas exhilarare suas,
Haeque domum serpunt iam vix non solis ad ortum:
Has tu carpe quidem, sed tamen ire sine.
Tu vero ignipotens semper Vulcane cauebis:
Vrbem ne hanc vnquam laedere flamma queat.
Sic etiam Neptune volo: ne mugiat vnquam
Istis diluuium, vel cataracta plagis;
Sed placidos imbres Teschnae concede colonis,
Durum qui recreent fructificentque solum,
At vos grandaeui saltus, nemorumque parentes!
Taliam supremi iussa tenete Dei:
Primo furtiuas semper prohibete secures,
Furis et in stolidum saxa vibrare caput.
Vel si forte minus vobis sit idonea dextra:
Furem siluarum sistite praeposito.
Praeterea lepores, cervos damasque fouete,
Nec volucrum vobis desit amoena cohors
Torrida ne vrforum laedant ieiunia lucos,
Nec noceant ovibus, turba cruenta, lupi:
Vestri erit officii vigilare, & prata coloni
Torui ne vastent spumea rostra suis.

De-

≡ ✻ ≡

Denique vt arboribus semper montana redundant,
Nec depascantur femina iacta greges:
Quae pro incremento siluarum sedula Ruffi (10.)
Praefecti nemorum crescere cura facit.
Sic volo, sic iubeo, sic praescribo, impero, mando;
Immemorem iussi fulmina mille petent.
Hic montes genibus flexis vouere futura
Omnia: quae summi iussa tulere Dei,
Vos vero ciues! quorum mihi cognita virtus,
Tollite Teschnenses haec documenta Iouis:
Maxima sit vobis semper reuerentia summi
Numinis, & summus religionis amor.
Hac sine nulla queunt felicia regna putari;
Absque hac in cineres sceptrum, thronique cadunt.
Principibus semper vestris estote fideles;
Namque fui reges di posuere loco,
Et quia sub placido *FRANCISCI* viuere sceptro
Aufriacas gentes astra tulere bona:
Hinc tantum patrem patriae, qui maxima regum
Norma futurorum totius orbis erit,
Vos, vt vos ipsos, imo plus matre colatis,
Et sincera illi corda, fidemque date;
Et

(10.) Supremus siluarum Ducis Teschin. Praefectus D. Ignatius Ruff.



Et si forte falus patriae capere arma reposeat:

Tota sit in patriae vestra salute falus.

Este Sacerdotii cultores, quos ego vobis

Constitui. Isti sunt fulcra, manusque Deum.

Praeterea ciues concordii viuite mente,

Et legi obsequium, praepositisque date.

At tu Teschna nitens, rutilans, formosa, decora

Munifico ALBERTO nata renata patre,

Esto tuo semper, dum viues, digna parente,

Et memori ALBERTUM pectore conde Ducem:

Sera ut posteritas venerari nomina tanti

Herois, famam, magnaque facta sciat.

Haec postquam summus diuorum dixerat: ecce

Rursus coelorum ianua aperta patet!

Cumque suis repetit tranquillae fidei arces,

Promissis, dicens stabo. Valetate pii!

F I N I S.

CanDIDa, pVLCra, fLVens VeXILLo In tVrre Corona

I. VIIbrIs pVbLICa faCta tIBI est.

Aliud.

ALBERTVS PRINCEPS, IIO VIVat! IVsserat IstVD

I. VIIbrIs sVrgere ad astra DeCVs.

O. A. M. D. G.

